Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



62

Et aduoluit saxum magnum adostium monumenti et abiit. Erat autem ibi maria magdalene et altera maria sedentes contra sepulcrum.

Altera autem die que est post parasceuen conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pylatum dicentes. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuens. post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium. ne forte ueniant discipuli eius et furentur eum et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis pylatus. Habetis custodiam. ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes muniebant sepulcrum signantes lapidem cum custodibus.

off. In principio tribulationum expectauit cor meum et misericordiam et fuit mihi qui simul contristaretur et non fuit consolantem me quesiui et non inuenio. et dederunt in escam meam fel et in sitim meam potauerunt me acetto.

Sec.

Concede quesumus domine ut oculis tue maiestatis munus oblatum. et gratam nobis deuotionis optinere. et effectum beate perpetuitatis acquirat. per

Deinde dominus. Qui salutem humani generis.

co. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat uoluntas tua

68

Perhuius domine operationem mysterii et uitia nostra purgent. et iusta desideria compleant. per

v. dica domine nocentes feria iij.

me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium mihi domine deus uirtutis salutis mihi. v. Effunde iraam meam et conclude aduersus eos qui me persecuntur.

co. Da quesumus omnipotens deus ut qui iniquos aduersis exercitamur infirmitate deficiamus. intercedente unigenito filio tuo passione respiremus. per

l. ysaie. p

In diebus illis. Dixit esayas. Dominus deus aperuit mihi aurem. ego autem non contradico. retrorsum non abiui. Corpus meum dedi percutientibus. et genas meas uellentibus. faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus me. Dominus deus auxiliator meus. ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam. et scio quia non confundar. Iuxta est qui iustificat me. quis contradicet mihi. Stemus simul. quis est aduersarius meus. accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. quis est qui condempnet me. Ecce omnes quasi uestimentum conterentur. tinea comedet eos. Quis ex uobis ti